

Et honoremus te, quàm aliquo dono : sicut dicitur כְּכֹרֶךָ כְּכֹרֶךָ Hono-
rando honorabo te, Num. 22, 16. Sic 1. Tim. 5, 3. Viduas honora,
&c.

VERS. II. Παρασήμω Διοσκύρου.

Cui erat insigne Castor & Pollux (Gemini in Zodiaco.) Picti vul-
gò eqvis insidentes. Et sic apparuerunt (si referenti credes) in pu-
gnâ ad lacum Regillum, eqvitatum Romanum ducentes, & ferientes
hostem, ità ut eorum ductu obtenta sit victoria, Dionys. lib. 6.

Ast minùs fortunatè apparuerunt Pseudocastores isti, de
quibus

Pausan. in Messeniâ, vel lib. 4. Λακεδαιμονίων Ἰππὶ στρατοπέδῳ
Διοσκύρου ἑορτῶν ἀγόντων, &c. Lacedemoniis intra castra festum,
Castorum celebrantibus, atque ad potationes ac lusus jam conversis, post
prandium Gonippus & Panoremus (juvenes duo Messenii populationi-
bus Laconum sveci) de improvise se Lacedemoniis ostendunt, tunicis al-
bis & chlamydibus purpureis induti, eqvisque pulcherrimis veeti. Laceda-
monii eos videntes, rati Castores esse, atque ad propria festa advenisse, eos
adorant, iisque supplicant. At juvenes, ubi primùm in medios recepti
sunt, per omnes perrumpunt, ubique hastis ferientes, & sic occumbentibus
multis, redeunt salvi ad Audaniam, sic contempto Castorum festo.

Ex horum Pseudocastorum habitu, facile est conjectare, quâ-
nam formâ picti sint illi, qui, iudice decepto populo, erant Castores
veri. Venusti juvenes, venustissimè vestiti, atque insidentes eqvis.
Effigiantur tamen aliquandò pedites, ut in obscuro isto ejusdem Pau-
sania loco.

In Atticis vel lib. 1. Τὸ ἱερόν τῶν Διοσκύρων ἔστιν ἀρχαῖον, αὐτοί
τε ἑστῶτες καὶ οἱ παῖδες καθήμενοι σφίσιν ἐφ' ἵππων. Ubi Lat. Inter-
pretes: Castorum Templum per antiquum est, in quo ipsi juvenes eqvis in-
sidentes spectantur.

At verba Authoris planè hoc volunt, quòd ipsi Castores effigia-
rentur stantes, & pueri eorum insidentes eqvis. Parallelum quid in
Corinthiacis vel lib. 2. facem huic locum præfert: Μετὰ τῶν ταῦτα
Διοσκύρων ναός. Ἀγάλμα τῶν αὐτῶν τε καὶ οἱ παῖδες εἰσεν Ἄναξις καὶ Μνα-
σίνης, σὺν τῶν σφίσιν αἱ ματέρες Ἰλάρεια καὶ Φοίβη. Post hæc est Tem-
plum

plum